Firma

GOBIERNO DE ARAGON

EXCELLENTISSIMO DOMINO LOcumtenenti, & Capitaneo Generali pro ſua Maieſtate in præſenti Aragonum Regno, Illuſtriſsimo Domino Regenti Officium Generalis Gubernationis, Illuſtriſsimoque etiam Domino Iuſtitiæ Aragonum, & eius Illuſtribus Dominis Locumtenentibus; ac etiam admodum Illuſtribus Dominis Cancellario, & Vicecancellario, Regenti Regiam Cancellariam dicti Regni, Ordinarioque Aſſeſſori Regentis Officium Generalis Gubernationis, Zalmetinæ, Iuratis, & alijs Officialibus Civitatis Cæſarauguſtæ. nec non Iustitiæ Iuratis et Concilio loci de Used Comunitatis Daroca —

Et aliarum quarumcumque Civitatum, Villarum, & Locorum dicti Regni, & quibuſvis Alguacirijs, Supraiunctarijs, Portarijs, Virgarijs, Nuntijſque, & Sagionibus, ac alijs meris Executoribus, quibuſviſque alijs Iudicibus, & Officialibus Regijs, Regiam, & Sæcularem iuriſdictionem intra præſens Regnum Aragonum exercentibus, conſtitutis, & conſtituendis, & eorum cuilibet. Necnon Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo Domino Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, & ac etiam admodum Illuſtribus, & Reverend. Dominis Epiſcopis Oſcen. Tiraſonen. Iaccen. Albarracinen. Barbaſtren. Turolen. Illerden. Dertuſen. Pampilonen. Sagunti, & Segorbicen. necnon eorum, & cuiuslibet eorum, in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarijs Generalibus, ſeu Officialibus Eccleſiaſticis, ac dictorum Officiorum Regentibus, & etiam Iudicibus Piarum Cauſarum, ac alijs Iudicibus pro dictis Dominis Archiepiſcopo, & Epiſcopis iuriſdictionem exercentibus, & Iudicum meris Executoribus; necnon etiam quibuſvis Conſervatoribus Apoſtolicis Commiſſarijs Sanctæ Cruciatæ, & eorum Collectoribus, & Subcollectoribus, & alijs quibuſcumque Iudicibus Eccleſiaſticis, quocumque nomine nuncupentur, eorumque, & cuiuslibet eorum Locumtenentibus, meris Executoribus, ac alijs quibuſcumque perſonis pro eis, & eorum altero iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercentibus, ad quem ſeu quos præſentes pervenerint, ſeu quomodolibet præſentatæ fuerint, & eorum cuilibet. Iacobus Bornuel I.U.D. Locumtenens Ill.mi Dni Don Raymundi de Monte-millene Maiestatis Domini nostri Regis Consiliarii ac Iustitiæ Aragonum Salutem et Regiam dilectionem per Procuratorem legitimum et nomine Ignatii Ibañez de Bernabe, Francisci Ibañez de Bernabe, Gasparis Ibañez de Bernabe et Ignatii de Huerta de Bernabe. Omnium habitatorum dicti loci de Used Comunitatis Daroca et Cuiuslibet eorum —

EXpoſitum extitit coram nobis. Quod dicti eius principales, & quilibet eorum, fuerunt, erant, & ſunt Regnicolæ præſentis Regni, & vt tales gaviſi fuerunt, gaudent, gaudereq; conſueverunt, poſſunt, valent, & debent omnibus, & ſingulis Foris, privilegijs, libertatibus, & immunitatibus cæteris Regnicolis dicti Regni conceſsis, pariter, & indultis. Item dixit dictus Procurator quod dicti eius principales, & quilibet eorum, fuerunt, erant, & ſunt merè laici, & ſæculares, de iuriſdictione Domini noſtri Regis, & exempti a quocumque iuriſdictone Eccleſiaſtica, quorumcumque Iudicum Eccleſiaſticorum, quocumque nomine nuncupentur, ac habuerunt, & habent ſuos proprios Iudices ordinarios locales, vbi ſua bona habuerunt, & habent, tenent, & poſſident; & ſuo caſu dictum Dominum noſtrum Regem, eiuſq; Locumtenentem, & Gubernatorem Generalem, Regentemque Officium ipſius, Dominū Iuſtitiam Aragonum, & ſuos Locumtenentes ſuo caſu, quorum iudicio, & examine exiſtens ſubiecti, & ab eorum iuriſdictione extrahi non poſſunt, coram quibus ſunt præſto, & parati facere iuſtitiæ complementum, cum ſint merè laici, & de iuriſdictione Domini noſtri Regis, & ſæculares, & ſignanter, cum non conſtet de aliqua qualitate circumferente iuriſdictionem dictorum Iudicū Eccleſiaſticorum, nec alicuius eorum, & quòd ſint, nec exiſtant, dictus Procurator expreſsè diffitetur, & negat. Item dixit dictus Procurator, quòd dicti eius Principales, & quilibet eorum, fuerunt, erant, & ſunt veri pleni, & indubitati domini, & poſſeſſores quamplurimorum bonorum mobilium, & ſedentium, & exiſtentium in dictis Civitatibus, Villis, & Locis, & intra terminos, & terminis eorumdem; & ſic iuſtis, & iuſtiſſimis titulis, per ſe, alium, vel alios, eorum vice nomine, ſeu mandato, ac ipſius ratum, gratum, & firmum habentibus, habuerunt, tenuerunt, & poſſiderunt, ac habent, tenent, & poſſident de præſenti, vt ſuos, ſuas, ſua, pro ſuis, domos, vineas, campos, olivaria, & alias hæreditates, & bona inferius confrōtata, ſpecificata, & deſignata, in dictis domibus intrādo, & ab eis exeundo, ianuaſque dictarum domorum claudendo, & apperiendo, claudi, & apperiri faciendo, dictaſque vineas, hæreditates amputando, arando, cavando, ſeminando, vendimiando, ſiccando, culturando, regendo, & adminiſtrando, amputari, arari,

ca-

cavari,ſeminari, ſiccari,culturari, regi, adminiſtrari, faciendo, iuvendo,ſive mandando. Et demùm omnia alia,& ſingula in prædictis,& circa ea faciendo,vtendo,regendo,& exercẽdo, quæ quilibet veri domini,& indubitati poſſeſſores talium,vel ſimilium domorum,hæreditatum,iurium, rerum, & bonorum de foro, & ſeu aliàs facere poſſunt , conſueverunt , valent, & debent,& hoc per vnum,ij. v.x.xx.xxx. dies , menſes , & annos continuos , & vltrà vſque nunc,& de præſenti continuè,& ſeu à tanto tempore,& per tantum tempus,quòd memoria hominum in contrarium non exiſtit vſque nunc,& de præſenti continuè,& ſeu per tãtum tempus, & à tanto tempore,quòd ſufficit,& ſufficere poteſt, valet,& debet ad legitimam fori,& vſus Regni præſcriptionẽ in talibus, & ſimilibus iuribus,rebus,& bonis introducendam,continuandam, pariter,& complendã,& ſeu ſaltim ad infraſcriptam proviſionem obtinendam,& prout in talibus,& ſimilibus habetur,adquiritur, cõſervatur,& retinetur: Et hoc publicè,& palàm pacificè,& quietè, ſine violentia,nec contradictione cuiuſquam,ſcientibus, & videntibus, ſcire, & videre volentibus , & in aliquo non contradicentibus,tollerantibus,& approbantibus vicinis , & habitantibus dictarum Civitatum, Villarum, & Locorum , ac prædictis deſuper nominatis, & nonnullis alijs , & cæteris quibuſvis. Item dixit dictus Procurator , quòd dicti eius principales , & quilibet eorum , fuerunt,erant,& ſunt perſonæ bonæ famæ , vitæ laudabilis, & cõverſationis honeſtæ, inſontes , & immunes à quolibet genere obligationis civilis , & criminalis propter quæ poſſint capi , nec captos quomodolibet detineri, & ſignanter ab infraſcriptis. Attamẽ prædictis minimè inſpectis,neque conſideratis, ad notitiam dictorum principalium dicti Procuratoris pervenit , ſed eiſdem datum fuit intelligi, quòd vos prædicti Iudices , & Officiales deſuper nominati, ſeu aliqui ex vobis,contra forum ,& forma non ſervata , per vos, & ex veſtris meris Officijs,ſeu ad inſtantiam, imò veriùs importunitatem nonnullorum aliorũ,fictè,& ſimulatè appellantium, ſeu prætendentium,licèt minùs verè,(reverẽter loquendo) dictos eius principales,aut aliquem eorum,feciſſe, cõmiſſiſſe, aut perpetraſſe quædam prætenſa delicta,& exceſſus,vt puta furti,robaria, periurij,vulnerum reſiſtentiæ , inobedientiæ combatimẽti domorum,

rum,

rum,aut aliàs quævis a ſerta crimina,maiora, minora,æqualia, ſeu graviora,aut committentibus,ſeu perpetrantibus opem auxilium, conſilium,iuvamen,vel favorem, præſtitiſſe, aut dediſſe, quod tamen abſit, vultis conamini, & intendentis contra forum,& iuſtitiam,& fori forma non ſervata procedere, procedique facere, iſ vere,ſeu mandare ad captionem perſonarum dictorum eius principalium, aut alterius eorum, Tum quia de foro, vbi non pubi, catio , non poteſt eſſe actio , nec multò minùs fieri executio, cùm obligatio mater actionis exiſtat. Tum quia dicti principales dicti Procuratoris,cum ſint,prout ſunt merè laici,& ſæculares,de iuriſdictione Domini noſtri Regis, & ſic exempti à Iudicibus , & Officialibus Eccleſiaſticis,à iuriſdictione Eccleſiaſtica non poſſunt,nec debent à ſuis proprijs Iudicibus Ordinarijs localibus , contra forum,& iuſtitiã extrahi. Tum quia non poteſt contra aliquem procedi in criminali cauſa, niſi exiſtente fragantia, aut cum appellitu legitimo,& forali. Tum quia in Aragonia non habemus Officium Iudicis , imò omnia debent fieri ad partis legitimæ inſtantiam, & niſi parte vocata,citata, & in iure ſuo audita, nihil poteſt definiri & contra non vocatum,nec citatum,& in iure ſuo auditum ; non debet aliquid definiri. Tũ quia,ſi quæ vocata inſtrumenta, comandarum,inſtrumentorum,aut aliarum obligationum obtenderunt, illa omnia fuerunt, & ſunt falſa, & falſo modo fabricata ; vultque dictus Procurator illa redarguere. Tum quia iurisfirma de foro in omni caſu locum habet,quibuſdam exceptis,de quorum numero aliquis in præſenti non occurrit. Verum cum ad nos , & noſtrum officium pertineat, competat,& expectet iuſtitiam petentibus eam miniſtrare,& Regnicolas dicti Regni contra forum gravatos,& oppreſſos defendere,& illæſſos præſervare,iuriſque firma de foro in omni caſu locum habet;quibuſdam exceptis de quorum numero aliquis in præſenti non occurrit. Id circò per dictum Procuratorem,nomine Procuratorio, quo ſuprà firmatum extitit coram nobis, de directo, & ſuper dictis gravaminibus,ſuiſque iure, vſu,& poſſeſſione,ſeu quaſi omnium,& ſingulorum præmiſſorum, & ſuper alijs omnibus,& ſingulis ante dictis,de ſtando,& parendo iuri,& de faciendo quibuſvis de dictis eius principalibus,& quolibet eorũ,querelam habentibus, iuſtitiæ complementum, fuimus

per

GOBIERNO DE ARAGON

[p]er eandem Procuratorem requiſiti, quòd vobis, & cuilibet ve-
[ſt]rum ſuper hoc ſcribere, ac inhibere faceremus. POR LO QVAL
de parte de la Mageſtad del Rey Nueſtro Señor, dezimos, y por
[t]enor de las preſentes, inhibimos a todos los arriba dichos, y a ca-
[d]a vno, y qualquiere de ellos, que por razon de lo ſobredicho, no
[co]mpelã, ni mãden cõpelir a los dichos principales del dicho Pro-
[c]urador, ni alguno dellos, a comparecer, ni fundar juizio en las di-
[ch]as Cortes Eclesiaſticas, ni procedan, ni manden proceder a deſ-
[c]omulgarlos, ni echarlos, ni evitarlos, y ſacarlos de los Divinos
Oficios. Y aſſimiſmo inhibimos a todos los arriba nombrados reſ-
pectivamente, que no procedan, ni manden proceder a capciõ de
[l]as perſonas de los dichos principales del dicho Procurador, ni de
[a]lguno dellos contra Fuero, y juſticia, y no guardando la forma
[d]e Fuero eſtatuida, ni a execucion, conſcripcion, ni inventariaciõ,
ni enagenaciõ de ſus bienes muebles, ni ſitios: Ni manden hazer,
ni permitan que ſe hagan proceſſos, ni enantamientos algunos de-
ſaforados, ni perjudiciales cõtra dichos Principales de dicho Pro-
curador, ni alguno dellos. Y ſi en algo huvieren proveido contra
las coſas ſobredichas, ò alguna de ellas, todo aquello lo revoquen,
y manden revocar, reſtituyẽdolo en ſu primer eſtado. Y ſi algunas
peñoras huvieren ſido hechas, ò ſe haràn, aquellas luego inconti-
nenti las reſtituyan, y manden reſtituir a los dichos Principales de
dicho Procurador reſpectivamẽte, ò a lo menos ſe las dèn a caple-
ta. Y ſi razones algunas tienen para que las dichas coſas, y la otra
dellas hazer no ſe devan, aquellas los dichos Señores Juezes ſupe-
riores, arriba nõbrados, para el treinteno, y los demàs para el de-
zeno dia, del dia de la intimacion, y preſentacion de las preſentes
en adelante contaderos, las vengan a dar por ſi, ò por Procurado-
res ſuyos legitimos en nueſtra Corte, y Conſiſtorio à la hora de la
celebracion de aquella. El qual termino preciſo, y pereptorio reſ-
pectivamente les aſſignamos, en otra manera, no cumpliendo con
lo ſobredicho, y en ſu auſencia, y contumacia, mandaremos pro-
ceder, en, y acerca de aquello, como por fuero juſticia, y razon ſe
hallarà ſer hazedero. Y ſi dudare (aunque no han de dudar en lo
ſobredicho) nõbramos en arbitro por nueſtra parte al muy Mag-
nifico Advogado Fiſcal por ſu Mageſtad en el preſente Reyno de
Ara-

Aragon, el qual juntamente con otro Arbitro, nombramos por los dicho[s]
Juezes, y el otro dellos, ſiquiere por las Cortes Eclesiaſticas, ò la otra de
ellas, ambos decidan, y determinen dicha duda, y competencia, como por
Fuero, juſticia, y razon hallaràn deverſe de decidir, y determinar. Y en
el entretanto pendiendo indeciſa la cognicion de las coſas ſobredichas
no inoven, ni inovar hagan coſa alguna perjudicial contra Fuero acerca
de lo ſobredicho, ni parte alguna dello. Bona verò dictorum principalium
dicti Procuratoris, & cuiuslibet eorum, de quibus ſuprà fit mentio, ſunt
bona deſuper mentionata, quæ quidem bona, ſupplicante dicto Procura-
tore, habuimus hìc, videlicet, mobilia pro nominatis, ſedentia verò pro
confrontatis, ac ſi vna, duabus, tribus, aut pluribus confrontationibus
confrontarentur, & deſignarentur, debitè, & iuxta Forum. Dat. Cæsa-
ta die decima quinta Mensis Januar[illegible]
Domini Millessimo septemcentessimo [illegible]

[illegible] Lorenzo
Manuele [illegible]
Petrus Cerezuela [illegible]

d

C
P

GOBIERNO
DE ARAGON